



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXVI. Ritus itidem moderandus in honestis conuiuiis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

## CAPVT XXVI.

Risus itidem moderandus in honestis conuiuiis.

**G**rauiter, hanc in ridendo effusam immodestiam, arguit persæpè sacra scriptura. *Risus dolore miscerbitur, & extrema gaudij luctus occupat.* In Ecclesiastico quoque sic habetur. *Melior est ira risu:* *Eccles. 7.* quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Cor sapientium ubi tristitia est: Cor stultorum ubi lætitia.* Et iterum: *Risum reputavi errorem: & gaudio di-* *Eccles. 10.* xi, quid frustra deciperis? Et alio in capite eiusdem libri. *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de illo.* Demùm: *Fatuus in risu exaltat vocem suam;* *Vir autem sapiens vix tacite ridebit.* Minatur quoque Christus in Euangelio, ita effusè *Luc. 6.* cacchinantibus. *V&e; vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.*

Eam quoq; ridendi facilitatem, acriter proscindunt sancti Patres. S. Augustinus ait. *Nihil est fædi- mius immisus, risu irrisione dignissimo.* Item alibi. *Inepta lætitia dicitur, ut quid animi gaudium intus abscondit?* *Ingredere in publicum læsus, dic aliquid foris,* *vnde vel te proximi lib. deconrideant, fac eos lætos tua lætitia.* Et S. Hieronymus. *sicut vi- Risus dissoluit sapientem: ira corripit & emendat. Iraſtiorum. camur & nobis, si quando peccamus, irascamur & aliis;* *In Luc. c. 6.* per tristitiam quippè vultus, melior fiet animus: Et idcirco v&e; nunc ridentibus, quoniam ipsi lugebunt. Eodem de excessu S. Ambro. sic loquitur. *Abhorre- Lib. Offic. re debemus, ab illis confabulationibus & colloquiis, quæ cap. 21. nobis intolerabiles quosdam risus excitare solent: V&e; vobis qui ridetis, quia flebitis.* Et v&e; quod nihilominus occasiones queramus ad ridendum, & liberiori cacchino indul-

indulgendum, idq; indè consequamur, vt in hac vita mon-

**Serm. ad  
Sorores:** dico quodam tempore rideamus, in alia verò in perpetuū  
deslecamus. Et S. Bernardus. Nos miseri quare ridemus?

**In tabella  
spirituali,** qui de omnibus operib<sup>o</sup> nostris, in conspectu Angelorum,  
& omnium sanctorum, Deo rationem reddituri sumus?

**Lib. 3. de  
Republ.** Quare nō immeritò Ludouicus Blosius. Pudebit  
te vane gaudere, si recordatus fueris Deum summe iucu-

dū, summè amabile, summè fulgidum & serenū, summè  
gloriosum, tibi semper esse præsentem, in quo, & propria

quem solum, exultare debes. Et Plato tempestiuē mo-

net. Sed neq; in risum nimium profusos nos esse oportet,

nam effusum risum, vehemens plerumq; mutatio sequi-

L.7. Metamorph. tur. Quod affirmat Ouidius quoq;

Gaudia principium nostri sunt saepè doloris.

Sunt verò quidam adeo ad risum propensi, qd;

minima occasione data, in cacchinos resoluantur.

**Quidam  
prætermo-  
dum risibi-  
les,** De Tyrinthiis refert Eustathius, qd cum φίλοι οἱ εἰ-  
στε, & ob id apud vicinos malè audirent, Del-

phicū oraculū consuluerunt, quomodo ab hac ma-

la existimatione liberari possent? Respōdit Pythias.

Si Neptuno Taurū immolarent, & ἀγέλασι in mare  
proiicerent. Illi re deliberata, pueros omnes à sacri-

cio isto excluserunt, ne quam occasiōne ridendi ha-  
berent, sed cum fortè puer quidam se se cœtui inter-

miscuisse, & seriō absq; rīsu omnia administrari vi-  
deret, nouitate rei perterritus, vultū & ipse tetricum  
inxit. Quam Proscopēa videntes astantes, in maxi-

mū cacchinnū effusi, irritū fecere sacrificiū. Demo-  
critus omnes deridere solit<sup>o</sup> erat, aiens omnes infa-

nire. Vndē etiam Gelasimum, id est risorem, eum ci-

**Solinus Po-  
lyhist. c. 4.** ues sui appellabant. Zoroastres Persarum Rex Ma-

giæ inuentor, eadē hora risisse dicitur, qua natus est.  
Et à suis quoq; subditis eam obrem infamia notatus

fuit; Osyrus itidē, cupidissimus risus fuisse, ac proin-

dè quibusdā ludibrio habit⁹ perhibetur. Xenophan *Diodor.* Si  
nunquā risum temperare potuit, Aristotele teste, *culus lib. i.*  
maḡ adeò stolidior cæteris estimatur. Et Hippaten- *de rebus*  
les Thessali, Deum Risum coluere, cui quotannis in *antiq. c. 3.*  
letitia sacrificabant.

Quin & nonnullos risu emortuos legimus. Phile-  
mon Syracusanus, tempore Alexandri Magni, annos  
natus nonaginta, nimio risu perit. Videns enim a-  
finum sicut edentem, mens paratas; puerο dixit: da  
nunc ei bibere, & sic mortuus ridendo corruit. Et *Max. lib. 2.*  
Zeuxis quoq; Heracleotes pictor, qui ad Helenā, pe- *cap. 12.*  
nicillo formandā, ingeniu omne, artisq; vires expo- *Quidam*  
lit, cū yetulā quandā à se faberrimè pictam inspi- *risu emor-*  
ceret, effusè tecum adeò risit, vt inter ridendum ani- *tui.*  
mā efflauerit. Philistiō, Nicēus Comic⁹, similiter risu  
perit. Cesso plures commemorare. Et ad qd plura?

Indubitatū est, in communī adagio, quo *Risum*  
*Synrusum*, dicebāt Græci, notare voluisse, effusiores *hyst.* Poēti-  
cacchinnos, graui viro vehemēter indecoros, quod *cæ.*  
ab impotentī animo proficiisci videantur; si quidē, vt *Synrus*  
turpe est, cordato viro, muliebri more eiulare, si qd *risum.*  
dolet: Ita immoderato, in cacchinnū effundi gau-  
dio, parū est decorum. *Aiacis* quoq; *risus*, in dictē- *Aiacis ri-*  
num abiit, quo illi taxantur, qui cum nulla *risus* cau- *sum.*  
sa est ita cacchinnantur, vt ilia mox crepent.

Verum enim verò, exempla eorū, qui nunquam  
planè, aut vix vñquam riferint, non pauca inuenio.  
quid attinet, iis percensendis, prolixū esse? Christum  
Dominum nunq; risisse scimus, nec multa de Aposto-  
lorū, & aliorum sanctorū risu, legimus. Plato iuuenis *Laërt. l. 3.*  
tam compositus fuit, vt nunquā, nisi modicè risisse  
deprehensus sit. Atq; ita modestum risum, non im-  
probandum duxerim. Hinc D. Hieronymus de Ne-  
potiano. *In Epita-*  
*Grauitatem morum, hilaritate frontis tempe-* phio Nepo-  
*tabat. gaudium in risu, non cacchinnum intelligeres.* *tiani ad*  
*Omnes Heliodori.*

Omnis quidem, immodestior risus, dedecet in  
conuiuis, præcipue tamen clericos, & sacerdotes,

**Homil. 15.** in Epist. ad Heb.

quorum modestia potissimum apud Laicos inno-  
tescere debet. Hinc & Ioan. Chrysoſt. Quimona-

chum profiteris, aut Ecclesie ministrum, qui crucifixus,  
& debes lugere, & ridere? Dic mihi ubi Christus hoc se-  
cit? audisti hoc alicubi? nunquam, sed contristatum se-  
pius legisti. Et S. iterum Hieron. Ridere, & rideri se-  
cularibus derelinque; Grauitas tuam personam deu-

**Epist. ad Demeir. ad Virgi- nem.** nunc flendi tempus est, in futuro ridendi. Beati enim flen-  
tes, quoniam ipsis ridebunt. Et concil. Carthaginens-

**Can. 60.** habetur 4. sic statuit. Inter Epulas cantillantem Clericum, excom-  
miss. 46. c. municationis sententiae severitate coercendum decerni-  
clericum.

mus: scurrilia, iocularia, risumque mouentia verba lo-  
quens, accerrime corripiatur. Atq; hæc de immodesto  
risu coercendo.

## CAPUT XXVII.

Fæminarum conuersatio & familiaritas nimia  
præsertim clericis & sacerdotibus fugienda.

**Serm. 250.** **P**ericulum huiusc conuersationis, aperte de-  
nunciat S. Augustinus. Inter omnia Christiano-

**qui est. 2.** **Tom. 25.** **post. Tri-** rum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, vbi  
quotidiana est pugna, rara victoria, grauem castitas for-  
titia est inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur: Et

**Tom. 25.** **post. Tri-** ideo nemo se falsa securitate decipiat, nemo de suis viri-  
bus periculosè præsumat, sed audiat Apostolum dicen-  
tem, fugite fornicationem. David enim ille sanctissimus

in mille paſſibus, mulierem nudatam vidit, & statim ho-  
micidium fecit, & adulterium. Et aliqui in aliena domo,  
cum extraneis mulieribus, putant se castitatis obinere  
triumphum; Ignorantes, dupliciter se apud Deum reos

exist

exen-

gust

C

lacia

fiad

abſc

dean

reſti

min

auer

cas

neſeu

Et al

ment

Et P

deuip

ne vi

ne ſt

bus l

acce

ſiſone

ſeate

offici

te per

ſecret

Eccle

prop

breu